tis ad me necessitate cõpulsi
Diverũtq; principes galaad ad
iepte Ob hãc igit̃ causam nũc
ad te veimus vt proficiscaris no
biscũ et pugnes cont̃ filios ãmon
sisq; dux om̃ qui habitant in
galaad Jepte quoq; dixit eis
Si vt vestis ad me ut pug
nẽ pro uob' cont̃ filios ammon
tradideritq; eos dns in manus
meas · ego ero princeps vr Qui
responderũt ei Dns qui hec au
dit ipe mediator ac et testis est ·
qd mãdãtũ promissa faciemus Abijt
itaq; iepte cũ principib9 galaad
ferentq; eum omnis ppl'us prin
cipem sui Locutusq;
est iepte om̃ sermones suos
coram domino in maspha et
misit nũcios ad regẽ filior9
amon qui ex ppsona sua dicẽt
Quid mihi et tibi ẽ quia veisti
cont̃ me ut vastares tram meã
Quibus ille respondit · Quia
tulit isrl' tram meã quando
ascendit de egipto a finib9 ar
non vsq; ad iabor atq; iordanem
Nũc igit̃ cũ pace redde mi eam
per quos rursum mandauit iep
te et imperauit eis ut dicẽt
regi amon Hec dicit iepte Nõ
tulit isrl' tram moab nec tram
filior9 ãmon · sed quãdo de egip
to conscenderũt ambulauit p
solitudinem vsq; ad mare ru
brũ et venit in cades misitq;
nũcios ad regẽ edom dicens
Dimitte me vt trãseam p tram
tuã Qui noluit acquiescere
pcibus eius misit q̃ et ad regẽ
moab · qui et ipe trãsitũ pbere
nolẽs Mansit ergo itaq; in ca

Ju

des ⁊ transiit ex latere terram moab
⁊ terram edom Venitque contra orien
talem plagam terre moab ⁊ castra
metatus est trans arnon nec volu
it intrare terminos moab Arnon
quippe confinium est terre moab ⁊
sic itaque israel nuncios ad seon re
gem amoriteorum qui habitabat in
esebon et diverunt ei. Dimitte
ut transeam per terram tuam usque ad
flumen Ne et ipse israel vba des
piciens noluit dimittere eum transire per
terminos suos sed infinita multitu
dine congregata egressus est contra
eum in iesaa et fortiter resistebat
tradidit quoque eum dominus in manus israel
cum omni exercitu suo Qui percus
sit eum ⁊ possedit omnem terram
amorrei habitatoris regionis
illius et vnuersos fines eius de
arnon usque iabor. ⁊ de solitudi
ne usque ad iordanem Dominus ergo
deus israel subiecit amorreum pug
nantem contra populum suum israel. ⁊ tu
nunc vis possidere terram eius.
Nonne ea que possedit chamos
deus tuus tibi iure debentur. Que
autem dominus deus noster victor obtinuit
in nullam cedent possessionem
nisi forte melior es balach filio
sephor rege moab Aut dare po
tes quod iurgatus sit contra israel
⁊ pugnauit contra eum qui habita
bat in esebon ⁊ vicinis eius ⁊ i
aser ⁊ vrbibus illius uel in cur
tis ciuitatibus iuxta iordanen per
trecentos annos Quare tanto
tempore michil super hac repetitione
temptastis. Igitur non ego peccau
in te: sed tu contra me male agis

indicens in bella non iusta iudicet
dominus arbiter hodie inter israel ⁊
inter filios ammon Noluitque acqies
cere rex filiorum ammon verbis iep
te que per nuncios mandauerat
factus est ergo super iepte spiritus do
mini ⁊ circuiens galaad Et m
de transiens ad filios ammon vo
tum vouit domino dicens
Si tradideris filios ammon in
manus meas quicquid primum fuerit
egressus de foribus domus mee
michique occurrerit reuertenti cum
pace a filiis ammon. eum holo
caustum offeram domino Transiuit
que iepte ad filios ammon ut
pugnaret contra eos Quos tra
didit dominus in manus eius percus
sitque eos a aroer usque dum ueneris
in memnith XX^ti ciuitates et usque
ad abel que est vineis consita pla
ga magna nimis humiliatique
sunt filii ammon a filiis israel Reuer
tenti autem iepte in maspha domum
suam occurrit ei vnigenita filia cum
tympanis ⁊ choris Non enim ha
bebat alios liberos Quam visa sci
dit vestimenta sua ⁊ ait heu fi
lia mi. decepisti me: ⁊ ipsa de
cepta es Aperui enim os meum ad
dominum et aliud facere non potes
Cui illa respondit pater mi
si aperuisti os tuum ad dominum. fac
michi quodcumque pollicitus es. con
cessa tibi vltione atque victoria
de hostibus tuis Diuique ad prem
hoc solum michi petita quod deprec
or Dimitte me ut duobus men
sibus circueam montes ⁊ pla
gam virginitatem meam cum so

dabib⁹ meis · Cui ille rndit · Vade
et dmisit eā duobus mēsib⁹ Cūq
abisset cū socijs ac sodalib⁹ suis ·
flebat vginitatem suā in mon ti
bus Expletisq; duob⁹ mensib⁹ re
ūsa est ad pirem suū · et fecit ei
sicut voverat Que ignorabat
virū Exinde mos inuenit ī isr'
et cōsuetudo seruata est · ut post
ām circulū cōueniant in vnū
filie isr' et plangūt filiam iepte
galaadite dieb⁹ · iiij · Capt · xij ·
Ecce autem in ephraym
orta est sedicio · Nam
trānsēūtes cont' aquilonem dixe
rūt ad iepte Quare vadens ad
pugnā cont' filios amon · voca
re nos noluisti ut pgeremus
tecū igit' incendemus domum
tuā Quib⁹ ille respondit Dis
ceptatio erat m̄ ⁊ ppl'o meo cō
tra filios amon uehemens uo
cauiq; uos vt m̄ pberetis auxi
liū ⁊ face' noluistis Quod cū nēs
posui in manib⁹ meis aīam meā
transiui q; ad filios ām̄on et tra
didit eos dnūs in manus meas
Quid cōmeruī ut adūsum me cō
surgatis in pliū Vocatis itaq;
ad se ūūctis viris galaad pugna
bat cont' ephraym Percusserūtq;
viri galaad ephraym quia dixe
rat fugitiuus est galaad de ephra
ym et habitat in medio ephraym
et manasse Occupauerūtq; ga
laadite uada iordanis · p que
ephraym reūsurus erat · Cumq; re
misset ad ea de ephraym nume
ro fugiens atq; dixisset · obsecro
ut me trānsire pmittas dicebāt
ei galaadite Nūquid ephrate
us es · Quo dicente non sum
mtrogabant eum Dic ergo seb
boleth quod mtrpitat spica Qui
respondebat tebboleth · eadem lit
tera spicam expme nō valens
Statimq; apphensum iugulabāt
eum in ipo iordanis trānsitu et cecī
derūt in illo tempe de ephraym
xl · duo milia Iudicauitq; iepte
galaadites isr' sex ānis et mor
tuus est ac sepultus in ciuitate
galaad Post hūc iudi
cauit isr' abessan de bethleem qui
habuit xxx · filios ⁊ totidem filias
Quas emittens foras maritis
dedit · ⁊ eiusdem numeri filijs suis
accepit uxores introducens in do
mū suam Et septem ānis iudicauit
isr' mortuusq; est ac sepultus
in bethleem Qui suc
cessit ahyalon zabulonites ⁊ iu
dicauit israhelem decem ānis
mortuusq; est ac sepultus in za
bulon Post hūc iudi
cauit isr' abdon filius helel pira
tonites qui habuit xl^ta filios · ⁊ xxx^ta
ex eis nepotes ascendentes sup
septuaginta pullos asinarum
⁊ iudicauit isr' octo annis mor
tuusq; ē ac sepultus in pharaton
tre ephraym in mōte amala
chi Rursumq; · Capt · xiij ·
Rursumq; filij isr' fecerūt
malū in cōspcū dnī Et
tradidit eos in manus phylis
tinorū xl · annis ·
Erat autem vir quidam de sa
raa et de stirpe dan nomine
manue · habens vxorem steri
lem Cui apparuit angelus dnī

Iu

⁊ dixit ad eam Sterilis es et
absq; libis: sed concipies ⁊ pari
es filiū Caue ergo ne vinū bi
bas ac siceram nec ĩmundum
quitquam comedas quia con
cipies ⁊ paries filiū cui non
tanget caput nouacula Erit
enī nazareus dei ab infancia
et sua ex utero mris ipe incipiet
liberare isl de manu philis
tinorū Cum eū venisset ad
maritū dixit ei Vir dei veit
ad me habens vultū angelicū
ptribil' nimis Quem cū interro
gassem quis eet vnde venisset.
et quo nomine vocaret. nolu
it michi dicere sz hoc respondit
Ecce concipies et paries filiū:
caue ne vinū bibas nec sice
ram ⁊ ne aliquo uescaris ĩmū
do Erit enī puer nazareus di
ab infancia sua et ex utero ma
tris vsq; ad diem mortis suę
Orauit itaq; manue dnī ⁊ ait
Obsecro dne ut vir dei quē mi
sisti veniat iterū: ⁊ doceat nos
quid debeamus facere de pueo q
nascitur est Exaudiuitq; dns
petentem manue: ⁊ apparuit iter
sum angelus dei vxori eius
sedenti in agro Manue autem
maritus eius nō erat cū ea Que
cū vidisset angelm festinauit ⁊
cucurrit ad virū suū nūciauit
q; ei dicens Ecce apparuit michi
vir quē antea videram Qui
surrexit ⁊ secuta est vxorem
suam veniens q; ad virū dixit
ei Tu es qui locutus es mulieri:
Et ille respondit Ego sum Cui
manue Cuando inquit sermo
tuus fuit expletus. quid vis ut
faciat puer aut a quo se obser
uare debebit Dixitq; angelus
dnī ad manue Ab omib; que
locuta sum vxori tue abstineat
se: ⁊ quitquid ex vinea nascit
nō comedat vinū ⁊ siceram
non bibat nullo vestat ĩmūdo
⁊ qd ei ꝓcepi impleat atq; custo
diat Dixitq; manue ad ange
lū dnī Obsecro te ut acceptas
pcibz meis et faciamus tibi he
dum de capris Cui respondit
angelus Si me cogis nō comedā
panes tuos Si autem vis holo
caustū facere offer illud dnō. Et nes
ciebat manue qd angelus dei eet
Dixitq; ad eum Quod ē tibi no
men: ut si sermo tuus fuerit exple
tus honorem te Cui ille rndit
Cur queris nomen meū quod ē
mirabile. Tulit itaq; manue
hedū de capris ⁊ libamēta ⁊ po
suit sup petram: offerens dnō
qui facit mirabilia Ipe autem
⁊ vxor eius intuebant Cūq; asce
disset flāma altaris in celū: ange
lus dnī in flāma parit ascendit
Quod cū vidissent manue ⁊ vx
or eius prom ceciderūt in terram
⁊ vltra non eis apparuit angelus do
mini Statimq; intellexit ma
nue angelū ee dnī: ⁊ dixit ad
vxorem suam Morte moriem
quia vidimus dnm Cui rndit mu
lier Si dns nos vellet occide.
de manib mis holocaustū et
libamēta nō suscepisz. sed nec

diaū

ostendisset nobis hec omnia: ne
q; ea que ſut ventura dixisset:
Peperit itaq; filiū et
vocauit nomen eius ſamſon Cre
uitq; puer: ⁊ benedixit ei dnūs
Cepitq; ſpūs dni ee cū eo in ca
ſtris dan inter ſaara ⁊ eſtahol.
Descendit igit ſam Ca. xiiij.
ſon in thamnata videnſq; ibi
mulierem de filiabus philiſtijm
aſcendit ⁊ nūciauit patri ſuo ⁊
matri dicens. Vidi mulierem
in thamnata de filiabus philiſti-
norū: quā queſo ut michi accipi
atis vxorem Cui dixerūt pater
⁊ mater ſua. nūquid nō eſt mu
lier in filiabus fratrū tuorū et ī
omni populo tuo: quia vis ac
cipere vxorem de filiabus phi
liſtinorū qui incircūciſi ſut
ait q; ſamſon ad patrem ſuū
Hāc michi accipe quia placuit
oculis meis Parentes autem
eius neſciebant quod res a dno
fieret ⁊ quereret occaſionem cōtra
philiſtijm Eo enī tempe philiſtijm
dnābant iſrli Deſcendit itaq;
ſamſon cū patre ſuo et mre ſua
in thamnatha Cumq; venſſet
ad vineas oppidi. apparuit ca
tulus leonis ſeuus rugiens ⁊
occurrit eis Irruit autem
ſpūs dni in ſamſon ⁊ dilacera
uit leonem quaſi hedum in frus
ta deraſpet: nichil omino habēs
in manu ſua Et hoc patri ⁊
matri noluit indicare. Deſcen
ditq; ⁊ locuto eſt mulieri. q̄ pla
ceat oculis eius. ⁊ poſt dies ali
quot reuertens ut acipet eam.
declinauit vt videret cadauer leo
nis Et ecce examen apum ī ore
leonis erat ac fauus mellis Que
cū ſumpſiſſet in manibus comede
bat in via. veniens q; ad patrem
ſuū et ad mrem dedit eis ptem
Qui et ipi comederūt Nec tamē
eis voluit indicare quod mel
de corpe leonis aſſumpſerat Des
cendit itaq; pr eius ad mulie
rem ⁊ fecit filio ſuo ſamſon con
uiuiū Sic enī iuuenes facere cō
ſueuerant Cumq; igit ciues loci
vidiſſent eū: dederūt ei ſodales
xxx viros qui eent cū eo Qui
bus locutus eſt ſamſon:
Proponam vobis problema
Quod ſi ſolueritis in intra ſep
tem dies cōuiuij dabo vobis
xxx ſindones ⁊ totidem tuni
cas Si autem nō potueritis ſol
uere vos dabitis michi xxx
ſindones et eiuſdem numeri
tunicas Qui reſponderūt ei
Propone problema ut audiamus
Dixitq; eis De comedente exi
uit cibus ⁊ de forte egreſſa e
dulcedo Hec potuerūt p tres
dies ꝓpoſitionem ſoluere Cumq; ad
eet dies ſeptimus dixerūt ad
vxorem ſamſon Blandire viro
tuo: ⁊ ſuade ei ut indicet tibi
quid ſignificet problema Alo
ſi facere noluerit incendemus ⁊
te ⁊ domū patris tui An idcirco
nos vocaſtis ad nupcias ut ſpo
liaretis Que fundebat apud
ſamſon lacrimas et querebat
dicens Odiſti me ⁊ nō diligis
idcirco problema quod ꝓpoſu
iſti filijs populi mei nō vis mi

Ju

exponē. At ille respondit patri
meo et mri noli dicere et tibi indi
care poterō. Septem igit̄ diebus
cōuiuij flebat apud eum: tandē
q̄ die septimo cū ei molesta eet
exposuit. Nuc statim indicauit
ciuib⁹ suis. Et illi dixerūt ei die
septimo ante solis occubitum
Quid dulcius melle ⁊ quid leone
fortius. Qui ait ad eos. Si nō
arasset̄ in vitula mea: nō in
uenisset̄ ꝓpositionem meam ꝛ
ruit itaq̄ in eum spūs dn̄i: des
cenditq̄ ascalonem et percussit
ibi xxx viros. Quorū ablatas
vestes. dedit hijs qui problema
soluerant. Iratusq̄ nimis ascen
dit in domū patris sui. Vxorem au
tem eius accepit maritū unū
de amicis eius ⁊ pro nubis.

Post aliquantum. Cap̄. xv.
Cum autem tempis cū dies ē
ticce messis instaret venit sam
son inuisere uolens vxorem suā
⁊ attulit ei hedū de capris. Cū
q̄ cubiculū eius solito vellet in
re ꝓhibuit eum pat̄ illius dicēs
putaui quod odisses eam: ⁊
ideo tradidi illam amico tuo
Sed habet sororem que iuni
or et pulchrior illa est: sit tibi
pro ea uxor. Cui respondit sam
son. Ab hac die nō erit culpa
in me cont̄ philistheos: faciā
ēm vobis mala. Pe
rexitq̄ et cepit trecentas vul
pes. caudasq̄ earū iunxit ad
caudas: ⁊ faces ligauit in me
dio. Quas igne succendens: di
misit ut huc illucq̄ discurrerēt
Que statim pererūt in sege
tes philistinorū. Quib⁹ succen

sis ⁊ cōfortate iam fruges ⁊ ad
huc stantes in stipula concrema
te sūt in tantū vt vineas quoq̄
et oliueta flāma cōsumēt. Dixe
rūtq̄ philistijm. Quis fecit hāc
rem. Quibus dictū est. Samson
gener thamnathei quia tulit
vxorem eius et alteri tradidit
her opatus est. Ascenderūtq̄ phi
listijm et combusserūt tā mulie
rem quā patrem eius. Quibus
ait samson licet her fecerītis tamē
adhuc expetam ex vobis vlcō
nem et tūc quiescam. Percussitq̄
eos ingenti plaga ita ut stupē
tes suram femori imponēnt
Et descendens habitauit in spe
lūca petre etham. Igit̄ ascenden
tes philistijm in terram iuda cas
tra metati sūt in loco qui postea
vocatus est lechi id est maxilla
ubi eorū effusus ē exercitus. Dixe
rūtq̄ ad eos de tribu iuda. Cur as
cenditis adūsum nos. Qui respō
derūt. Vt liget̄ samson veniamus:
⁊ reddamus ei que in nos opatus
est. Descenderūt ergo tria milia
virorū de iuda ad specū silicis e
tham: diverūtq̄ ad samson. nes
cis quod philistijm imperent
nobis: Quare ergo hoc facere
voluisti. Quibus ille ait. Sicut
fecerūt michi feci eis. Ligare in
quiūt te venimus ⁊ tradē in ma
nus philistinorū. Respondit ju
rate et spondete mihi: quod nō
me occidatis. Dixerūt. Nō te
occidamus sed vinctum tradimus
Ligauerūtq̄ duobus nouis funib⁹
et tulerūt eū de petra etham

Cum cū venisset ad locū maxille
et philistijm vociferantes occurrisent ei irruit spūs dni in eum. ⁊
sicut solent ad odorem ignis ligna consumi ita ⁊ vincula quib⁹
ligatus erat dissipata sūt et soluta
Inuentāq; maxillam id ē mandibulam asini q̄ iacebat
arripiens intēfecit in ea mille
viros Et ait in maxilla asini
⁊ i mandibula pulli asinaz dele
ui eos: ⁊ percussi mille viros Cūq;
her tamen vba oplesset proiecit
mandibulam de manu Et voca
uit nomen loci illius ramathlehi
quod intēpitat⁹ eleuatio maxille
Sitiens q; valde: clamauit ad do
minū et ait. Tu dedisti in manu
serui tui salutem hāc maximam
atq; victoriam ⁊ en siti morior
incidamq; in manus incircum
cisorū Aperuit itaq; dns molare
dentem in maxilla asini et egres
se sūt ex eo aq̄ Quib⁹ haustis re
focillauit spm ⁊ vires recepit Id
circo appellatū est nomen loci il
lius fons inuocantis de maxilla
usq; in pēsentem diem Iudicauit
q; isrl in diebus philistijm xx.
Abijt q̄ Cap. xvi. ānis
in gazam ⁊ vidit ibi mu
lierem meretricem ingressusq; est
ad eam Quod cū audissent phi
listijm ⁊ putabuissz aput eos
intrasse vrbem samson circude
derūt eū positis in porta ciui
tatis custodib⁹ Et ibi tota nocte
cū silencio pstolantes ut facto
mane exeuntem occiderent
Dormiuit autē samson usq;
ad noctis medū ⁊ inde consur-
gens apphendit ambas porte fo
res cū postib⁹ suis ⁊ sera impo
sitas q; humeris portauit ad vti
cem montis qui respicit hebron
Post her amauit mulie
rem que habitauit in valle so
reth et vocabat⁹ dalida Vene
rūtq; ad eam principes philistiōz
atq; dixerūt Decipe eum ⁊ dis
ce ab illo in quo tanta habeat
fortitudinē ⁊ quomō eum supa
re valeamus ⁊ vinctū affligē
Ad⁹ si feceris: dabimq tibi singu
li mille centū argenteos Locu
ta ē ergo dalida ad samson Dic
mihi obsecro in quo sit tua mari
ma fortitudo et quid sit quod
ligatq; et rumpe nequeas Cui res
pondit samson Si septem ner-
uicis funib⁹ nec dū siccis ⁊
adhuc humentib⁹ ligatq; fuero
infirmus ero ut ceti hoīes Attu
leruntq; ad eam satrape philis
tinoz septem funes ut diceat
quib⁹ vinxit eū latentib⁹ apud
se insidijs. ⁊ in cubiculo finem
rei expectantibus Clamauitq;
ad eum philistijm sup se samson
qui rupit vincula quo modo
si rumpat quis filū stuppe tortū
staminis cum odorem ignis
accepit ⁊ nō est cognitū in quo
ēet fortitudo eius Dixitq; ad
eū dalida Ecce illusisti michi
et falsū locuto es: saltem nūc
indica in quo ligari debeas
Cui ille respondit Si ligatq;
funib⁹ nouis funibus qui nūq;
fuerūt in ope infirmus ero
et alioz hominū similis.

Ju

Quibz rursum dalida vnxit
eum & clamauit phylistijm sup
se samson in cubiculo insidijs pre
paratis Qui ita rupit vinciu
la: quasi fila telarii Dixitq;
dalidi rursus ad eu. Vsq; quo
deripies me. & falsum loqueis.
Ostende quo vincari debeas Di
xitq; septem crines capitis
mei cu licio plexueis et clauu
ijs cruligatum tie fixeris mf
mus ero Quod cu fecisset da
lidi dalidi dixit ad eum phy
listijm sup te samson Qui con
surgens de sompno: extraxit
clauum cu crinibz et licio Dix
itq; ad eum dalidi Quomo
do dicis quod ames me cum
aiamo tuus no sit mecu. per
tres vices metito es michi &
noluisti dice in quo sit tua mri
ma fortitudo. Cumq; moles
ta ei esset & p multos dies iugit
adhereret spaciu ad quietem
no habuens defecit aia eius
& ad morte usq; lassata est
Tuc apiens samson veritate
rei dixit ad eam Ferru nuquam
ascendit sup caput meu. quia
nazareus. id e cosecratus sum
de vtero mris mee. Si rasu
fuerit caput meu recedet a me
fortitudo mea et deficiam ero
q; ut ceteri homes Videns q; il
la quod ~~est~~ cofessus eet ei
omnem animu suu misit ad
principes phylistinorz atq; ma
dauit Ascendite adhuc semel
qa nuc michi aperuit corsu
um Qi ascenderut: assumpta
pecunia qua promiserat At il
la dormire eu fecit sup genua
sua et in sinu suo reclinare ca
put. Vocauitq; tonsorem & rasit
septem crines eius: & cepit abi
ce eum atq; a se repelle. Stati
enim ab eo fortitudo recessit
Dixitq; phylistijm sup te sam
son Qui de sompno consurgens
divit in animo suo Egrediar
sicut ante feci & me excuciam
nesciens quod recessit ab eo. Que
cu apprehendissent philistijm sta
tim eruerut oculos eius: & duxe
rut gazam vinctum catenis
et clausum in carce molere fe
cerut Jamq; capilli eius crescere
ci ceperant: & principes phylis
tinorz conuenerut in vnu vt vni
molarent hostias magnificas
dagon deo suo et epulaterut
dicetes Tradidit deus nr inimi
cu nrm samson in manus Ad
eiam populus videns laudabat
deu suu eademq; dicebat Tradi
dit deus nr in manus nras ad
versariu qui delevit terram nram &
occidit plurimos Metantes
p conuiua-sumptis iam epulis
precepert ut vocaret samson
et ante eos ludet Qui adduc
tus de carce ludebat ante eos
fecerutq; eum stare inr duas
columpnas Qui dixit puero
tenenti gressus suos Dimitte
me ut tangam columpnas quibus
omis innititur domus: ut recli
ner sup eas & paululum requies

/604/

cam Domus autem plena erat
viroꝝ ac mulierꝝ Et erant ibi om
nes principes philistinorꝝ ac de ter
to et solario circiter tria milia virū
et feminarum spectabant ludentem sam
son Et ille inuocato dno ait Dne
deus memento mei et redde mihi
in pristinam fortitudinem deus mis
ut vlciscar me de hostibus meis
et pro amissione duorꝝ luminū
vnā vlcionem recipiam Et ap
hendens ambas columpnas quib9
innitebat domus: alteriūq; ea
dextera et altera leua tenens
ait Obsoriat anima mea cū philistijm
Concussisq; fortiter columpnis cecidit
domus sup omnes principes et reteriā
multitudinem q erat ibi multoq;
plures mortefecit moriens: quam
ante viuus occidit Descendentes
autē fratres eius et omnis cogna
tio: tulerūt corpus eius et sepeli
erūt inter saraa et estahol: in se
pulchro patris sui manue iudica
uitq; israel xxti annis. Capt. xvij.

Fuit eo tempe vir.
Quidam de monte ephraim
nomine michas et dixit matri sue.
Mille centum argenteos quos se
paueras tibi et sup quibus me au
diente iuraueras esse ego habeo
et apud me sunt Cui illa respō
dit Benedicto filio meus dno
Reddidit ergo eos matri sue
Que dixit ei Consecraui et uo
ui argentū hoc dno. ut de ma
nu mea suscipiat filius meus
et faciat sculptile atq; coflatile
et nunc trado illud tibi Reddidit
ergo matri sue Que tulit ducē
tos argenteos et dedit eos ar
gentario ut faceret ex eis sculpti
le atq; oflatile Quod fuit in do
mo michie Qui ediculam quoq;
in ea dō sepauit: et fecit ephoth
ac therapim id est uestem sac
dotalem et ydola. Impleuitq; v
m9 filiorꝝ suorꝝ manū et facto
est ei sacdos In diebus illis non
erat rex in israel: sed vnusquisq;
qd sibi rectum videbat hoc faci
ebat Fuit quoq; in tempe
illo alt adolescens de bethleem
iuda et cognatione eius: erat
leuites et habitabat ibi Egressusq;
de ciuitate bethleem peregrinari
voluit vbicūq; sibi commodū
repperisset Cūq; venisset in mō
te ephraim iter faciens et de
clinasset paruūp in domū michie
interrogatus est ab eo Vnde veni
s Qui rndit leuita sum de beth
leem iuda et vado ut habitem
vbi potuero et vbi me esse prospere
ro Ajane inquit apud me et
esto mihi parens ac sacdos: dabo
q; tibi per annos singulos x ar
genteos ac vestem duplicem
et q ad victū necessaria sunt. Acceptit
et mansit apud hoīem: fuitq;
illi quasi vnus de filijs Impleuit
q; michas manū eius et ha
buit apud se puerū sacdotem:
nunc scio dicens qd benefaciat
michi deus. habenti leuitica ge
neris sacdotem. Capt. xvij.

In diebus illis nō erat rex
in israel: et tribus dan quere
bat possessionem sibi ut habita
ret in ea. Vsq; ad illū em die
inter ceteras tribus sortem non

Ju

acceperat Miserunt igitur
filij dan stirpis cum familie sue qui
que viros fortissimos de saraa et
estahol ut explorarent terram et
diligenter inspicerent Diceruntque
eis Ite considerate terram Qui cum
pgentes venissent in montem e
phraym et intrassent in domum
miche requieuerunt ibi Et agnos
centes vocem adolescentis leuite
utentesque illius diuersorio dixerunt ad
eum Quis te huc adduxit? Quid
hic agis Quam ob causam ve
nire huc voluisti? Qui respondit
eis Hoc et hoc prestitit michi
michas: et me in mercede conduxit
ut sim ei sacdos Rogauerunteque
eum ut consulet dnm: et scire pos
sent an pspero itinere pgerent et
res haberet effectum Qui rndit eis
Ite cum pace: dns respicit viam
viam et iter quo pgitis Euntes
itaque quique vi venerunt lais. Vide
runtque ppl'm habitantem in ea abs
que ullo timore iuxta sydonios
consuetudinem securum et quietum
nullo eis penitus resistente: mag
narumque opum et procul a sydone
atque a cunctis hominibus separatum
Reuersique ad fres suos in sarra
et estahol et quid egissent scisci
tantibus responderunt. Surgite et
ascendamus ad eos. vidimus enim
terram valde opulentam et uberem
Nolite negligere nolite cessare
eamus et possideamus eam. nullus
erit labor. Peruenietis ad securos
in regionem latissimam tradetque
nobis dns locum in quo nullius rei
est penuria. eorumque gignuntur in
tra Profecti igitur sunt de cog
nacione dan id est de sarra et
estahol sexcenti viri accincti ar
mis bellicis. astendentes que manse
runt in cariathiarim iuxte Mau lo
cus ex eo tempe castrorum dan no
men accepit: et ipse post tergum cariat
thiarim Inde transierunt in montem
ephraym Cumque venisset ad domum
miche: dixerunt quique viri qui prius
missi fuerant ad considerandam
terram lais cetis fratribus suis Nostis quod
in domibus istis sunt ephod et tera
phim et sculptile atque conflatile:
Videte quid nobis placeat et cum
paululum declinassent ingressi
sunt domum adolescentis leuite qui e
rat in domo miche: salutauerunt
que eum verbis pacificis Sexcenti autem
viri ita ut erant armati steterunt
ante ostium At illi qui ingressi fuerant
domum iuuenis sculptile et ephoth
et teraphim atque conflatile tollere
nitebant. Et sacdos stabat ante
ostium: sexcentis viris fortissimis
aut procul expectantibus Tulerunt
igitur qui intuerunt sculptile et ephoth
et ydola atque conflatile Quibus
dixit sacdos Quid facitis? Qui
responderunt Tace et pone digi
tum sup os tuum venique nobiscum ut
habeamus te patrem ac sacdotem
Quid tibi melius est ut sis sac
dos in domo vnius viri an in
vna tribu et familia in israel? Quod
cum audisset arrisit sermonibus
eorum et tulit et ephod et ydola at
que sculptile et cum eis profectus est
Qui cum pgent et ante se tu
lerissent paruulos et iumenta et cete
quod erat pciosum iamque a do
mo miche essent procul. viri qui
habitabant in edibus miche con

diaū

clamantes seruti sūt ⁊ post tergum clamare reperūt Quū cū resperissent dixerūt ad michā Quid tibi uis Cur clamas? Qui respondit Deos meos quos mihi feci tulistis ⁊ sacerdotē et omnia que habui ⁊ dicitis quid tibi ē? Dixerūtq; ei filij dan Caue ne vlt̄ loquaris ad nos ⁊ venat ad te vir aīo cōcitati ⁊ tpē cum omni domo tua peas et sic cepto itinere preterūt Videns at michas qd̄ forciores se eēnt reuersus est in domū suam. Seqcēti aūt viri tulerūt sacerdotem ⁊ que sup̄ diximus uenerūtq; ī lais ad ppln quiescentem atq; securum percusserūtq; eos in ore gladij. Vrbem quoq; incendio tradiderūt nullo penito ferente p̄sidium eo quod procul habitarent a sydone et cum nullo hominū habent quitq; sdetatis ac negocij. Erat autem ciuitas sita in regione roob Quam rursum exstruentes habitauerūt in ea. uocato noīe ciuitatis dan uxta vocabulum pris sui quē genuerat isrl. que pus lais dicebatur.

Posuerūtq; ibi sculptile ⁊ iopathan filiū gersan filij moysi ac filios eius sacdotes in tbu dan: vsq; ad diem captiuitatis sue Mansitq; apud eos ydolū myche omni tempe quo fuit domus dei in sylo In diebus illis nō erat rex in isrl. Ca. xix.

Fuit quidam vir leuites habitās in latere montis ephraym qui accepit vxorē de bethleem iuda Que reliquit eū et reuersa est in domū pris sui bethleem: mansitq; apud eū quatuor mensibus Secutusq; est eā vir suus volens ei reconciliari atq; blandiri et secū reducere: habens in comitatu puerum ⁊ duos asinos Que suscepit eum et introduxit in domū pris sui Quod cū audisset socer eius eūq; vidisset ocurrit ei letus ⁊ amplexatus ē hoīem Mansitq; gener in domo soceri tribus diebus: comedens cū eo ⁊ bibens familiariter Die autem qrto de nocte consurgens proficisci voluit Quem tenuit socer ⁊ ait ad eū Gusta primū paululum panis et confortato stomacho sic proficisceris Sederūtq; simul ⁊ comederūt ac biberūt Dixitq; pr̄ puelle ad generū suū Rueso te ut hodie hic maneas pariter-q; letemur. At ille cōsurgens cepit velle proficisci Et michilōg obnixe eū socer tenuit et apud se fecit manere Mane autē frō parabat leuites iter. Cui rursum socer oro te inquit ut paululū cibi accipias et assumptis vibus donec miserescat dies postea proficiscaris Comederūt ergo simul Surrexitq; adolescens ut pgēt cū vxore sua ⁊ pueo Cui rursum loquto est socer. Considera quod dies ad occasū declinior sit. et appinquet ad ves

Iu

peram: mane apud me eriam
hodie et duc letū diem & eras
phiscis ut vadas in domū tu
am Noluit gener acqescere ser-
monib⁹ eius: sed statim pterit
et venit contra iebus que al
tero noīe uocabat iherusalem
ducens secū duos asinos onus-
tos & concubinā simul adeūt
iuxta iebus & dies mutabatur
in noctem Dixitq puer ad do
minū suū. Veni obsecro deti
amus ad vrbem iebusteor et
maneamus in ea Cui respon
dit dns Non ingrediar oppi
dū getis aliene que nō est de
filijs israel: sed transibo usq gabaa
Et cū illuc puenero manebi
mus in ea aut certe in vrbe
rama Transierūt igit iebus: &
cepū carpebāt iter. Occubu
itq eis sol iuxta gabaa que
est in tribu beniamin: diuerterūt
q ad eam ut manerent ibi
Quā cū intrassent sedebāt in
platea ciuitatis et nullo eos
recipere uolebat hospicio Et ecce
apparuit eis homo senex reuē
tens de agro & de ope suo ves
pere qui & ipse erat de mon
te ephraym et peregrinus ha
bitabat in gabaa Homines
autē regionis illius erant
filij gemini Eleuatisq oculis
vidit senex sedentem hominē
cū sarcinulis suis in platea
ciuitatis & dixit ad eū Vnde
venis & quo vadis? Cui res
pondit ei proficisci sumus de
bethleem iuda: & pgimus ad
locū nrm qui est in latere mon
tis ephraym vnde ieramus in
bethleem. Et nūc vadimus ad
domū dei. nullusq nos sub ter
tū suū vult recipere habentes pa
leas et fenū in asinorū pabu
lum: & panem ac vinū i me
os et ancille tue vsus et puer
q mecū est Nulla re indigemus
nisi tantū hospicio Cui respon
dit senex Pax tecū sit Ego pre
bebo oia que necessaria sūt: tū
tū queso ne in platea maneas
Introduxitq eū in domū suam
et pabulū asinis pbuit Ac post
quam lauerūt pedes suos: recepit
eos in cōuiuium Illis epu
latib⁹ & post laboē itineris cibo
ac potu reficientib⁹ corpa vene
rūt viri ciuitatis illius filij be
lial. id est absq iugo & ciuitatem
dantes domū senis fores pulsare
reperūt. clamantes ad dnm
domus atq dicentes Educ vi
rū qui ingressus est domū tuam
ut abutamur eo Egressusq est ad
eos senex et ait. Nolite fres. no
lite facere malū hoc. quia ingres
sus est homo hospiciū meum &
cessate ab hac stultitia Habeo
filiam uiginem & hic hō habet
concubinam educam eas ad uos
ut humilietis eas & ut virū
libidinem copleatis Tantum
obsecro ne scelus hoc contra natu
ram operemini in virū Nolebāt
acqescere sermonib⁹ eius Quod
cernens homo eduxit ad eos con
cubinam suā: et eis tradidit illu

dendam Quā cū tota nocte abusi
ecēt: dimiserūt eam mane At
mulier recedentib⁹ tenebris uenit
ad ostiū domus ubi manebat do
minus suus: ⁊ ibi corruit Mane
frō surrexit hō et aperuit ostiū:
ut reptā expleret viā Et ecce concu
bina eius iacebat ante ostiū: spar-
sis in limine manib⁹ Cū ille pu
tans eā quiescē loquebat. Surge
ut ambulemo Qua nichil respō
dente. intelligēs qd' eā mortua
tulit eā et imposuit asino asino
reuisq⁹ est in domū suā Quā
cū ēet ingressq⁹ arripuit gladiū:
⁊ cadauer uxoris. cū ossib⁹ suis
in duodecim ptes ac frusta cōci
dens misit in omēs t̄minos isr'l'
Quod cum vidissent singuli con
clamabāt Nūquam res talis frā
est in isr'l' ex eo die quo ascende
rūt prēs nr̄i de egipto usq; ī pre
sens tempus. ferte sententiam ⁊
in cōmune determinte qd fr̄ō opus
Egressi sūt Capt' xx. Sit
itaq; omēs filij isr'l' et pari
ter congregati quasi vir unus
de dan usq; bersabee ⁊ tra gala
ad ad dn̄m in maspha: omēsq;
angeli ppl'oz ⁊ cūcte tribo isr'l' m
ecclesiam populi dei. cōuenerūt. xl.
milia peditum pugnatoz Ꝓcer
latuit filios beniamin quod asten
disset filij isr'l' in maspha Interro
gatus q; leuita maritus mulieris
interfecte quom̄ tantū scelus ppe
tum ēet respondit Venī in ga
baa beniamin cū vxore mea il
lucq; deuerti et ecce hoīes ciui
tatis illius circūdederūt nocte do
mū in qua manebā volentes me
occidē et vxorem meā interedibi
li libidinis furōe vexantes demi
q; mortua est Quā arreptam
infirusta concidi. misiq; ptes in
omēs t̄minos possessionis vre
q; nūquā tātum nefas et tam grē
de piaculū fcm̄ est in isr'l' Adestis
omēs filij isr'l' determinte quid face
deliceatis Stansq; omis populq
quasi vnq hōis sermōē respon
dit Nō recedemus in taber-na
cula nrā -nec suā quisq; intrabit
domū: sed hoc contra gabaa in
cōmune faciemus Decem viri eli
gant̄ centū ex omib⁹ t̄bubus
isr'l et centū de mille et mille
de decem milib⁹. ut comportēt
exercitui cibaria ⁊ possimus pug
nātes contra gabaa beniamin
reddere ei pro scelere quod me
ret̄ Conuentq; vnūsq; isr'l' ada
uitatem quasi vnq hō eadem mē
te vnoq; cōsilio: ⁊ miserūt nū
cios ad omēm t̄bum beniamin
qui dicēt Cur tantū nefas in
nobis reptū est. Tradite hoīes
de gabaa qui hoc flagiciū ppe
rūt ut moriant̄: ⁊ auferatur
malū de isr'l'. Qui noluerūt fra
trū suoz filioz isr'l' audīe man
datū: sed ex cūctis vrbibus que
sue sortis erant cōuenerūt in
gabaa ut illis ferrent auxiliū
⁊ cont̄ vniūsum populū isr'l' di
micarent Nuēriq; sūt. xxv. mi
lia de beniamin educenciū gla
diū p̄ter habitatōes gabaa qui
. d cc. erant viri fortissimi ita
sinistra manu ut dexterā p̄lian
tes: ⁊ sic fundis ad certum iac
tantes lapidem ut capillū quoq;
possent p̄tuere et nequaquā

Iu

in alteram ptem ictus lapidis de
ferret. Virorꝫ quoq; israel absq; fi
liis beniamin inuenta sunt. xl. mi
lia educentium gladios: et patorum
ad pugnam. Cum surgentes venerunt
in domum dei. hoc est in silo: consu
lueruntq; eum atq; dixerunt. Quis
erit in exercitu nro princeps certa
minis contra filios beniamin.
Cumq; tradidit dns. Iudas sit dux
vestr. Statimq; filij israel surgen
tes mane. castra metati sunt
iuxta gabaa. Et inde procedentes
ad pugnam contra beniamin
urbem oppugnare ceperunt. Egres
sique filij beniamin de gabaa occi
derunt de filijs israel die illo. xxii
milia virorꝫ. Rursum filij israel et
fortitudine et numero confidentes
in eodem loco in quo prius cer
taverant aciem direxerunt. ita ta
men ut prius ascenderent et flerent
coram dno usq; ad noctem con
sulerintq; eum. et dixerunt. Debeo
vltra procedere ad dimicandum
contra filios beniamin fratres meos
an non. Cumq; ille respondit.
Ascendite ad eos et inite certa
men. Cumq; filij israel alto die contra
beniamin ad pelium pressissent
eruperunt filij beniamin de porta
gabaa et occurrentes eis tanta
in eos cede bachati sunt ut. v. mi
milia virorꝫ educentium gladi
um prosternerent. Quam obrem
omnes filij israel venerunt in domum
dei. et sedentes flebant coram
dno. ieiunauerunteq; illo die usq;
ad vesperam. et obtulerunt ei ho
locausta et pacificas victimas
et super statu suo interrogauerunt.
Eo tempore ibi erat phinees filius
dni. et finees filius eleazari filij
aaron preposito domus. Consuluerunt
igitur dnm atq; dixerunt. Exeuntne vltra
debemus ad pugnam contra filios
beniamin fratres nros an quiescere?
Cumq; ait dns. Ascendite: cras
enim tradam eos in manus vras.
Posueruntq; filij israel insidias per
circuitum urbis gabaa. et tertia vice
sicut semel. et bis contra beniamin
exercitum produxerunt. Sed et filij ben
iamin audacter eruperunt de ci
uitate et fugientes adiudicios lon
gius persequti sunt ita ut vulnera
rent ex eis sicut primo et secundo die
et redeunt per duas semitas tem-pu
tentes quarum vna ferebat in
bethel et altera in gabaa atq;
prosternerent circiter. xxx. viros. Pu
tauerunt enim soliti eius more
redere. Et fugam arte simulan
tes inierunt consilium ut abstraherent
eos de ciuitate et qsi fugientes ad
supdictas semitas producerent. Dum
itaq; filij israel surgentes de sedib
suis tetenderunt aciem in loco qui
vocabat baalthamar. Insidie quoq;
q erant circa urbem erant paulatim
se aperire ceperunt. et ab occidentali
urbis parte procedere. Sed et alia
decem milia virorꝫ de vniuso israel
habitatores ad certamina procurabat
Ingruatumq; est bellum contra filios
beniamin et no intelleuerunt
qd ex oi parte illis instaret interi
tus. Percussitq; eos dns in conspectu
filiorum israel: et interfecerunt ex eis
in illa die viginti quinque milia
virorꝫ et centum viros. omnes bella
tores et educentes gladium. filij
autem beniamin cum se inferiores esse

dicū

vidissent reperūt fugē. Quod cer-
nentes filij isrl'. dederūt eis ad fugi
endum locum ut ad ꝓparatas insidi
as puenirēt - quas iuxta vrbem
posuerant. Qui cū repente de lati
bulis surrexissent et beniamin ter-
ga cedentibus darent ingressi sūt
ciuitatem et percusserūt eam in ore
gladij. Signū autem dederūt filij
isrl'. his quos in insidijs collocaue
rant ut postquā vrbem cepissēt
ignem accenderent. ⁊ ascendente
in altū fumo captū urbem demōs-
trarent. Quod cum cernerēt filij
isrl' in ipo certamine positi puta
uerāt enim filij beniamin eos fugē
⁊ instantius ꝓsequēbāt cecis de exer-
citu eorū xxx viris et viderūt
quasi columpnam fumi de ciuita
te ascendentem beniamin quoq;
retro aspiciens captam cerneret
ciuitatē ⁊ flamas in sublime
ferri qui ꝑius simulauerant fugā
vsq; vise fortius resistebant. Ado
cū vidissent filij beniamin in fu
gam versi sūt et ad viam deser-
ti ire ceperūt. Illuc quoq; eos ad
uersarijs ꝓsequentib⁹ ⁊ his qui vr-
bem suffoderant - occiderūt eos
: atq; ita factū est ut ex vtraq; pte
ab hostib⁹ cederent. Fuer erat vl
la moiendi requies ceciderūt
atq; prostrati sūt ad orientalem
plagam vrbis gabaa. Fuerūt ut
qui in eodem loco interfecti sūt. xv
mīa mīa viroꝝ omēs robustis-
simi pugnatores. Quod cū vidisset
qui remāserāt de beniamin - fuge
rūt in solitudinem et ꝓgebant
ad petram cuiꝰ vocabulum est
remmon. In illa quoq; fuga late-
tes et in diuisa tendentes occide
rūt filij isrl'. v. mīa viros. Et
cū vltra tendēt ꝑsequi sūt eos:
et interfecerūt etiam alia duo
mīa. Et sic factum est ut oes
qui ceciderant de beniamin di
uersis locis erant. xxv. mīa pug
natores ad bellandum ꝓmptis-
sim. Remāserūt itaq; de omni
uno beniamin qui euade potu
erūt et fugē in solitudinem. d. c.
viri sederūtq; in petra remmon
mēsib⁹ quatuor. Regressi autem
filij isrl'. omēs reliquias ciuita
tis a viris usq; ad iumenta gla
dio percusserūt cūctas q; urbes et
viculos beniamin uoraq; flam
ma cōsumpsit. Capl'm. xxi.

Iurauerūt quoq; filij isrl' in
masspha ⁊ dixerūt. Nullus
nostrū dabit filijs beniamin de
filiab⁹ suis vxorem. Ierusalem
quoq; omēs ad domū dei in silo:
et in cōspectū eius sedentes usq;
ad vesperam leuauerūt voce et
magno vlulatu ceperūt flere
dicentes. Quare dne deus isrl'
factū est hoc malum in populo
tuo ut hodie vna tribus auferetur
ex nobis. Altera autē die dilu
culo cōsurgentes exstruxerūt al
tare: obtuleruntq; ibi holocausta
⁊ pacificas victimas. ⁊ dixerūt
Quis non ascendit in exercitu
dnī de vniuersis tribub⁹ isrl'. Iura
uerant enim se iuramēto constrin-
xerant cū essent in masspha interfi
ci eos qui defuissent. Ductiq; pe
nitencia filij isrl' sup fratre suo

benamin reperiūt dicē Ablata ē
vna trib9 de isr̄l' vnde vxores acci
pient: Omnes enim in cōmune
iurauimus non daturos nos hijs
filias nr̄as Idcirco dixerūt Quis
est de vniūsis tribus isr̄l' qui non
ascendit ad dn̄m in maspha: Et
ecce inuenti sūt habitatores ia
bes galaad in illo exercitu nō fu
isse Eo quoq; tempore cū essent in
sylo nullus ex eis ibi repto est Mi
serūt itaq; decem milia virorum ro
bustissimos et p̄ceperūt eis Ite et
percute habitatores iabes galaad
in ore gladij: tam vxores quā par
uulos eorū et hoc erit quod obser
uare debetis Omne genus mas
culinū et mulieres que cognoue
rūt viros in ꝓcubitu virgines reser
uate Inueneraq; sūt de iabes ga
laad .CCCC. virgines que nesciē
rūt viri thorū et adduxerūt
eas ad castra in sylo in tra
chanaan Miserūtq; nūcios ad
filios beniamin qui erant in
petra remmon et p̄ceperūt eis
ut eos in pace suscipēnt Vene
rūtq; filij benamin in illo tpe
et date sūt eis vxores de filiab9
iabes galaad. alias autē nō rep
pererūt quas similiter nō tradē
rūt. Vniūsis q̄ israhel valde do
luit et egit penitudinem sup mu
tilationem vnius tribus ex isr̄l'
Dixerūtq; maiores natu Qd
faciem9 reliquis qui nō acceperū
vxores: Omnes ī benamin
femine conciderūt: et magna
nobis cura ingentiq; studio p̄
uidendū est ne vna tribus dele
at ex isr̄l' filias nr̄as eis dare nō
possumus. constricti iuramēto et
maledictione qua diximus: ma
ledictus qui dederit de filiabus suis
vxorem beniamin Cepeūtq; cō
silū atq; dixerūt Ecce sollemp
nitas dn̄i est in sylo ab̄ciūsatria
que sita est ad septentrionalem
vrbis bethel et ad orientalem
plagā vie que de bethel tendit ad
sichimam et ad meridiem oppi
di lebona Preceperūtq; filijs ben
iamin atq; dixerūt Ite et latita
te in vineis Cūq; videritis filias
sylo ad ducentes choros ex more
procedere. exite repente de vineis
et rapite eas. singuli vxores sin
gulas et pgite in tra beniamin
Cūq; venerint patres earū ac fratres
et adūsum nos queri ceperint atq;
iurgari: dicemus eis. Miseremi
mi eorū: nō enim rapuerūt eas iure
bellatorū atq; victorū. sed rogā
tib9 ut accipient nō dedistis. et
a vtr̄q; pte peccū ē. Fecerūtq; filij
beniamin ut sibi fuerat imperatum
et iuxta numerū suū rapuerūt. sibi
de hijs que ducebant choros vxores
singulas Abierūtq; in possessionē
suam edificantes vrbes et habita
tes in eis Filij quoq; isr̄l' reuer
si sunt per tribus et familias in
tabernacula sua In diebus illis nō
erat rex in isr̄l' sed vnusquisq;
quod sibi rectum videbatur hoc
faciebat: